



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XXIV. Rudolph, Abt zu Lehnin, Bederich, Graf von Belitz und Burchard von  
Brietzen, Magdeburgischer Ministerial, bekunden, daß Ritter Ludolph und  
dessen Gattin Bia ihre Besitzungen zu Stangenhagen, ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Sifridus episcopus Brandenburgensis assignavit fratribus in Lenin de consensu capituli decimationes in Pefkendorf, Zuine, Radele, Goritz, Michelsdorf, Naumitz, Damelanc, Welleneworde, Detz, Gotitz, tertia parte manforum excepta, et contulit supradictis fratribus 210 manforum decimas iuxta montem Hangendeberge nec non ipsius loci, in quo situm est monasterium molendinorumque et vinearum adiacentium cum attinentiis. Anno 1217.

Nach dem neuen Verzeichnisse.

XXIII. Siegfried, Bischof von Brandenburg, verleiht dem Kloster Lehnin den Sackzehnten der Pfarre zu Deetz, am 13. Januar 1219.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Sifridus, dei gratia Brandenburgensis dioecesis episcopus. Sanctae religionis viris, laborem suum deo jugiter immolantibus, quibus cura est primum regnum dei quaerere, licet terrena substantia ex promissione divina certissime sit adjicienda. Quia, cum implendae promissionis suae nos dignetur habere ministros, summo opere nobis curandum est, ad posse nostrum, sic ipsis prospicere, ne contemplativae vitae tranquillitatem, quam auctore domino bajulant, immoderate onus perturbet. Proinde notum sit tam futuris quam praesentibus Christi fidelibus, quod nos indigentiam dilectorum fratrum de Lenyn pro respectu contuentes pro relevanda ipsorum inopia definitam pensionem decimarum ecclesiae Detz, videlicet decem choros siliginis de villis Detz, Gotitz, Buffowe plebani usibus attinentium de consilio domini Alberti, praepositi Brandenburgensis et consensu totius capituli dictis fratribus assignavimus, perpetua libertate annuatim excipiendos; pars autem residua, quae a decem choris superest, legitimo relinquatur vicario, qui praefatam procuret ecclesiam, cum mansis quatuor simul et decimis carniun, ex quibus ipse dioecesis episcopo scilicet et praeposito suas justitias potest et debet ministrare. Ut igitur haec assignatio in posterum maneat perpetua firmitate subnixta, sigillorum appensionibus nostri et Alberti Brandenburgensis praepositi atque capituli fecimus insigniri. Hujus rei testes sunt Hinricus prior, plebanus de Sancto Godehardo, Theodericus capellanus, Jacobus cellerarius, Hinricus custos, alique plures. Datum Lenin anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>. idus Januarii.

Aus einer Abschrift im alten Brandenburger Copialbuch von Prof. Dr. Gessler mitgetheilt.

XXIV. Rudolph, Abt zu Lehnin, Bederich, Graf von Beltitz und Burchard von Briezen, Magdeburgischer Ministerial, befunden, daß Ritter Ludolph und dessen Gattin Bia ihre Besitzungen zu Stangenhagen gegen eine Leibrente abgetreten haben, den 13. November 1219.

Rodolfus dei Gratia abbas de Lenin, Bedericus comes de beltiz, Borchardus de briezcene, Magdeburgensis Ecclesie Ministerialis, Presentem paginam inspecturis Circumspecte provisionis interesse dinoscitur, vt quicquid in humanis actibus sub pretextu irrenocabilis pacti recor-

datione dignum agitur, jta diligenter litere mandetur, quatenus et facti semper viuat memoria et posteritati feruetur concordia. Proinde notum facimus tam futuris quam presentibus cristi fidelibus uniuersis, Quod ludolfus miles et uxor sua bia, Inito federe distrahendi omnia bona sua, quecunque habuerunt in villa Stanghenhaghen in terris, in agris, in siluis, in pratibus, in molendinis et in uniuersis, leninensis ecclesie fratribus libere et consentanee vendiderunt sub tali pactione et pretii subnotata quantitate, videlicet ut eis predicta ecclesia annuatim ad usque vite sue terminum in certum censum daret unum chorum tritici, duos ordeis, VI siliginis et similiter auene tres. Hec annona dari incipiet octauo die a festo Michaelis, jta ut prefata annona perfoluta sit tota in dominico natali. Vectura quoque de monasterio eis procurabitur et quamdiu manserint beliz, usque inibi prenotata annona ducetur. Si autem alibi ubicunque manserint, a monasterio lenin usque bruch seu gollowe eadem annona vecticabitur et ultra vectionis terminus non procedet. Preterea duo talenta annuatim de premissis monasterio recipient, unum in die walburgis et alterum in festo martinij presentandum tali interposita distinctione, ut si sub cursu Magdeburgensis monete habitauerint, per eandem monetam, si uero sub cursu Brandeburgensis monete, rursus per eandem de predictis II talentis respondebitur ipsis. Insuper dictus L. militi et uxori sue singulis annis quam diu superuixerint duo peria botarum presentabuntur cum dimidia carrata vini sub tali distinctione, ut, si vinum pretaxato monasterio in propria uinea ad II carratas aut infra creuerit, pro dimidia carrata sua XXV solidos Magdeburgenses acceptabunt, si uero supra II carratas creuerit, dimidiam carratam vini albi recipient et tempore vindemie ad idem vinum receptandum dolium proprium et vecturam propriam sibi providebunt. Quod vinum omni anno vel dictis XXV solidos nullo casu obstantem cum prenominate censu habebunt. Hic est annuus census definitus, pro quo sepedicti L. et uxor sua omnia bona sua, quecunque possederunt in iam dicta villa Stanghenhaghen, ut premissum est, cum uniuersis vrbibus Leninensi ecclesie distraherunt, Qui census quoadusque vixerint ambobus et alteri, si alter decesserit, nichilominus totus et integer presentabitur, jta ut omnium heredum successione exclusa post obitum eorundem L. militis et uxoris sue dictus census a tributaria presentatione conquiescat et ipsa bona absoluta et libera eidem Monasterio Lenin proinde permaneant. Preterea in dicta villa Stanghenhaghen premissis L. et uxori sue sub certa denotatione hec indulgentia tantum permittitur, ut duos aucupes quotiens voluerint in stagno Molendini ad aucupandum duntaxat habeant, piscaturam autem nusquam habebunt. Pratum etiam fortientur, quod perticarum XXXI erit in latum et a culta humo usque ad aggerem in longum V. At si aratrum monasterii premissum pratum II perticis vel vna transferit, absque calumpnia id ipsum erit. De cetero autem sepedicta villa Stanghenhaghen prefati L. et uxor sua nullam habebunt pasturam animalium nec aliquem usum nullumque penitus in eadem villa sibi providebunt quorumcunque animalium nutrimentum. Insuper hec promissio interposita est, quod de loco qui dicitur borchstal quamdiu vixerint sepedicti L. et uxor sua libere asportabitur terra ad opus aggeris molendini. Ut igitur hec posteris liqueant et inconcussa firmacione permaneant, Sigillorum nostrorum appensione munimus honestorum virorum fideli testimonio corroborantes, Quorum nomina sunt hec: Fridericus de Golberghe, Rantvicus de beltiz, Fridericus de ploska, Johannes de lubaz, Vvedegho de beltiz, Aliique plures milites et clientes. Acta sunt hec beltz, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>. Idus Novembris.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives, woran noch das „Sigillum Burchardi de Briscene“ wohl erhalten hängt.